

Hypocritæ sequuntur veram habere virtutem, & quare.

demus, qui id videri querunt, quod minime sunt, & qui sepe in fronte descriptum gerunt characterem ejus infelicitatis, a cuius intuitu, ac sensu profertus abhorrent. Idem in Evangelium 3. Lucæ.

hzrent objecto vitiorum, & illud intrinsicè celant. Nolunt aditum aperire virtuti, ut in cor suum ingrediatur, hinc enim simul esse nequit cum pravis affectibus suis; & virtus ipsa, quæ sine veritate esse non potest, nequit introire in animam adeo perversam; ita ut omnes eorum virtutes non aliud sint, quam mera superficies. Atsequuntur tamen, quod cupiunt, hominum videlicet exultationem, & laudes; homines enim, quibus intini cordis recessus explorati esse non possunt, ex ipsa exteriori specie judicium ferunt. P. Surin. Tomo secundo Dialogorum Spiritualium, lib. 5. cap. 9. ubi de falsis virtutibus loquitur.

J E J U N I U M.

Abstinentia, Jejunium Quadragesimale. Ejus Observantia, & modus observandi &c.

M O N I T U M.

SUB hoc titulo non agimus solum de jejunio generaliter sumpto, sed etiam particulariter considerato, de Quadragesimali jejunio, de quo frequens auditur & suggestibus Ecclesiasticis sermo. Hoc autem in Argumento tria potissimum occurrunt consideranda.

Primum Jejunium, & abstinentiam ab illis impugnari, qui hereseos labe infecti sunt, & ab illis qui vitiosi licentiam affectant. Illi quidem palam Ecclesie rebelles, cuius auctoritatem detrahunt, & in præceptum insurgunt; hi vero illud servare propter indignam homine Christiano molliem refugium. Quamobrem Sermonis hujus argumenti scopus esse potissimum debet, alios quidem erroris redarguere, alios vero ignare, & non curate salutis infirmulare.

Alterum: Quod præstat ad mere devotionis jejunia, satis esse debet Fideles excitare, ut hac in re Directorum suorum consilia sequantur, ne fervore abrepti aliquid audeant, quod officia valedicti, coque prohibeat, ut alio Religioni, officique sui muneribus persurgantur.

Tertium: Licet specialiter non meminerimus jejunii Vigiliarum, & quatuor Temporum, nec non abstinentie qualibet feria sexta Sabbathoque servandæ; hæc operum, erit illi, qui ad particularia hæc descendere voluerint, ad argumentum suum locos, rationes, aliisque suppellectilem, quam in hisce collectaneis inventient, apte transferre.

P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Varia Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

I. DEI Filius a Spiritu Sancto in desertum ductus, ut ibi tentaretur a diabolo, quadraginta jejunans diebus tria nos docet ad jejunii observantiam pertinentia.

1. Quibus armis Fidelis prelati debeat contra salutis nostræ inimicos, atque tentationes eorum propulsare; videlicet jejunio. 2. Quomodo exercenda sint virtutes, quæ jejunii comites debent accedere. 3. Bona, quæ ex jejunii observantia percipiuntur: Videlicet mundi Redemptor, cui nulla erat causa, propter quam adeo austerum institueret jejunium, illud nihilominus servare voluit, ut nos doceret jejunii necessitatem, rationem a nobis servandam, ut jejunium vere Christianum sit; & denique ingentia bona, quæ a jejunio percipere possumus, ubi religiosus servetur. Hæc tria sunt Concisionis puncta.

Punctum primum. Fidelis, cui cum terribilibus hostibus pugna est ineunda, a quibus fortasse jam sepe devotus fuit, & qui jugi in periculo versatur, non iterum debellatur; seipsum armare debet jejunio, ut contra dæmonem, qui merus est spiritus, vires acquirat; efficiens quodammodo spirituale corpus ipsum, atque per jejunium concupiscentiam infirmans, in qua præcipue consistunt hostis vires, & quæ ipsa domesticæ est inimicus, a quo nihil nobis metuendum non est.

Punctum alterum. Docet nos Jesus Christus, quomodo his armis utendum, videlicet quomodo jejunium servandum sit: 1. scedendo in desertum; 2. diuturnum temporis spatium in precibus traducendo; 3. nobis jejunii sui fructum, meritumque applicando. Itaque recessus, oratio, præsertim vero charitas quæ per elemosinam pauperibus erogatur ea, quæ per jejunium corpori subtrahuntur, sunt virtutes, quæ jejunia nostra concomitant debent, ut Deo accidant perjuvanda.

Punctum tertium. Bona, quæ ex jejunio percipimus, videlicet affectuum, vitiorumque nostrorum

victoria: Fuga, & clades dæmonis, qui non audeat nos amplius tæta retundit; & denique facilitas liberis atollendi mentem nostram ad cœlestia, ac efficiendi corpus nostrum animæ officii peragendi magis idoneum &c.

Quadragesimale jejunium, quod admirabile præsidium est contra salutis nostræ inimicos, atque prægens remedium contra quoscumque tentationes; ipsum etiam validissimis oppugnat hostibus, atque patitur, ut ita dicam, acerrimas tentationes, 1. ab Hæreticis, qui ad spiritum mendacii, & erroris, illius præxim tamquam superstitiosam condemnant, 2. ab illis qui solutiorem vivendi rationem appetunt, qui illud violant impune, ac illud abolere conantur, veluti suis voluptatibus, quarum mancipia sunt, oppositum. 3. Ab ignavis Fidelibus, qui palam quidem illius institutionem, & consuetudinem probant; clam vero, atque intra privatos parietes illius usum corruptunt, his modificationibus, quas profertur ignoravit antiquitas. Videlicet, primi per errorem impugnant Quadragesimalis jejunii institutionem, eamque veluti superstitionem habendam esse contendunt. Secundi per licentiam, atque impietatem se se eisdem subdicere detrahunt: Postremi vero illi, quas afferunt, modificationibus omnes illius meritum destruant, ac se ipsos privant incomparabilibus bonis, quæ illuc percipere possent. Quamobrem in triplici Concisionis parte ostendendum est:

1. Contra Hæreticos: Jejunium legitima fuisse auctoritate institutum; omni tempore, ab omnibus fidelibus, omnibusque terrarum plagis receptum. 2. Contra eos, & consuetudinem hanc non equam institutionem, & consuetudinem hanc non equam esse duntaxat, sed animæ etiam, & corpori salutis; atque proccacissimam tantum licentiam, apertamque impietatem hinc sese opponere posse, quæ hæc omnibus ferme peccatis præsentissima est medicina. 3. Contra ignavos Christianissimos: illis ostendendum est, quod, quia aliquid utilitatis ex jejunio percipiunt, quod quidem cœlestes gratias ipsi possent acquirere, eorum delicata mollietas in novum converterit scelus adimulicum illud, quod Deus & Ecclesia pro peccatorum expiatione suppeditant.

III.

Jejunandum est, & nihil nos dispensare potest nisi moralis impossibilitas irrogatum nobis præceptum adimplendi. Propositio Prima. Jejunandum est secundum Ecclesie leges, & nihil jejunii relaxationem probare potest. Propositio altera. Ex quo nos a jejunio dispensamus, præceptum infringimus: Ex quo illius consuetudinem lenire contendimus, Ecclesie spiritui, ac menti adversamur.

IV.

Homo seu seipsum consideret tamquam creaturam a Deo pendentem, seu veluti hominem inde sine inter affectibus suis agitatum, seu denique se peccatorem cogitet, ideoque supplicio dignum, atque, non posse sine legitima causa, ac morali impossibilitate ab adimplendo jejunii præcepto secum dispensare. Hinc sequitur quod

1. Jejunium est præceptum: ergo violari non potest, quin in inobedientiæ scelus admittatur in Deum & Ecclesiam.

2. Antidotum est peccata præveniens; igitur illius consuetudo citra temeritatem non potest contemni.

3. Levis est poena, quæ peccata delens ea puniunt; ergo citra injustitiam ab eo dispensari non possumus. Tres validæ causæ, quæ procul dubio in cordibus vestris vim debent habere, nisi omnem inde penitus Religionis sensum abieceritis.

V.

Pro Concisionis argumento, ac partitione desumi possunt tria jejunii effecta, quæ in Canone Missæ exprimiuntur, & quæ totidem causæ sunt, propter quas jejunium fuit institutum.

1. Ut vitia nostra, & affectiones, quibus in seculis trahimur, comprimeremus: Qui corporali jejunio vitia comprimimus. 2. Ut mentem attolleremus ad Deum, eamque aptam efficeremus cœlestibus veritatibus meditandis, atque gustandis: Mentem elevat. 3. Ut acquireremus virtutes, quæ sunt necessaræ, atque Cœli beneficia promeremur: Virtutes largitur, & premia.

VI.

Jejunium generatim loquendo Christianis omnibus est necessarium.

1. Justis, ut innocentiam servent; hoc enim illos a peccato præservat, ac virores efficit de acerrimis affectionibus, ac periculosissimis tentationibus. 2. Peccatoribus; hæc enim ratio est amissam repandam innocentiam, atque pro patris criminibus divinæ justitiæ satisfaciendi.

VII.

Tres potissimum causæ efficere debent, ut jejunemus.

1. Quia jejunium Deo est acceptissimum. Hoc ille primis parentibus ante omnia in terrestri Paradiso præscripsit, ut liquet. Hoc in lege Moysis, deinde per Prophetas, ac tandem per Apostolos imperavit; unde inferre possumus, nihil hoc esse eisdem antiquius. 2. Nihil est, quod dæmon magis oderit, & timeat; per hoc enim dæmon ex enervationem, & eorum, quos obidet, corporibus ejicitur. 3. Nihil hoc hominibus utilius, qui per hoc Dei Misericordiam consequuntur.

VIII.

Triplex ratio potest considerari jejunium.

1. Veluti præceptum, quo obligamur; ubi ostendendum est, cuius rei iniitator, & quomodo servandum sit: 2. veluti remedium imperatum, quo a peccato præservemur, & jam patrata scelera eluamus: 3. veluti virtus, quæ temperantiæ partem constituit; ubi ostendendum est fructus, atque utilitas, quæ inde percipiuntur.

IX.

Considerari quoque potest 1. ratione Ecclesie præcipientis; atque tunc est obedientiæ illi debita, ut agnoscamus auctoritatem, quam a Deo recipit, & rationes, propter quas hanc legem Fidelibus irrogavit: 2. ratione Fidelium illud servantium; atque tunc adus est penitentis, quam recipit Deus in peccatorum eorumdem satisfactionem: 3. ratione ipsius Filii Dei, qui nobis jejunii exemplum reliquit: atque tunc species est sacrificii, quo in corpore nostro gerimus Jesu Christi mortificationem.

X.

1. Jejunio debita nostra cum Dei justitia dissolvimus, cui obarari sumus propter peccata, quæ patravimus. 2. illud nos contra omnes Diaboli vires victos facit. 3. nobis Dei gratias, & misericordias acquirit.

XI.

Jejunium secundum Prophetæ monitum sanctificandum est hoc pacto.

1. Jejunandum secundum Ecclesie mentem, quæ Houdry Bibl. Tom. II.

illud justis ex causis infirmis: 1. Jejunio addenda sunt comites virtutes necessaræ, oratio videlicet, atque elemosina, quæ in scripturis eidem jejunio consociantur. 3. Ducenda est vita magis frugi, & sancta abstinentia a peccatis, quod Sanctus Augustinus generale jejunium vocat.

XII.

Sanctificatio jejunium. 1. Jejunium in ipsa institutione sanctum est, quippe ab Apostolis ipsis, & Ecclesia institutum est. 2. Sanctum est in effectibus, quia efficacissimum est, ut nos sanctos efficiat. 3. Reliquum est, ut ipsum quoque sedula observantia sanctificetur.

XIII.

Ostendere quomodo jejunium reparat mala, quæ primus parens per intemperantiam attulit nobis.

1. Ad intemperantiam Divinam irritavit justitiam in ipsum æque, ac in nos; quia Deus peccatum hoc in tota illius punit posteritate; sed jejunium Dei iram cohibet, ejusque justitiæ satisficit. 2. Primi hominis intemperantia nocentes nos efficit, cum nascimur; sed jejunium, & abstinentia amissam nobis innocentiam restituit, & quomodo. 3. Ad peccatum in nobis reliquit concupiscentiam, quæ propensio est erga sensuum voluptates; at jejunium reprimit illam, & pravos ejusdem effectus avertit.

XIV.

In Concisionis argumentum, & partitionem hæc assumi possunt Sancti Chrysolomi verba: Jejunia quia peccasti, jejunia, ut non pecces, jejunia, ut accipias, jejunia, ut permanent, quæ accipis.

1. Jejunandum est propter ea, quæ patravimus peccata; atque ostendere possumus, quam necessarium, & efficacem sit jejunium pro peccatorum nostrorum expiatione. 2. Jejunia, ut non pecces. Ostendendum est jejunium præsentissima esse contra scelus antidotum. 3. Jejunia, ut accipias. Ostendendum est jejunium potens, & efficacem esse, ut a Deo obtineamus, quæ ab eodem petimus, atque ut illius gratias, quæ ab eodem consequamur. 4. Jejunia, ut permanent, quæ accipis. Necessarium est etiam, ut ea volumus dona, & gratias, quibus a Deo sumus donati.

XV.

Jejunium character est sanctitatis, quem videtur Deus populo esse ab omnibus cum antiquæ, tum novæ legis summis hominibus. 2. Hæc ratio est asmet sanctificandi; & inde initium duxisse videtur, qui majori sanctitatis laude floruerunt; immo dicere etiam possumus, sanctitatem eorum pedibus æquis cum ipsorum abstinentia profecisse.

XVI.

Ostendi potest, quantum crimen sit violare Quadragesimam.

1. Magnum crimen est propter circumstantias; in hoc enim, ut in Adæ peccato, non deest inobedientia, atque infidelitas. 2. Propter mala, quæ inde consequuntur; quia principium est longe plurimorum criminum in nobis, & in aliis. P. de la Colombiere Sermone de jejunio.

XVII.

Ratio, qua plerique Fideles Quadragesimam servant.

1. Alii omnino non jejunant, cum hoc facere possint, quin grave damnum inferant suis valetudinibus, & toties peccant, quoties jejunium infringunt. 2. Alii eo pacto jejunant, quod Ecclesie preceptum, ac menti prioris opponitur. Primi illi destruant jejunium, alteri vero omnem destruant fructum, meritumque jejunii. Utrique impugnantur sunt. Effais de Sermonis. Tomo I.

XVIII.

Ad nostram eruditionem tria notanda sunt in Salvatoreis jejunio.

1. Modus, quo jejunavit; extrema cum severitate, & quadraginta dierum omnimoda abstinentia, qui, dum elaborerent, esuriit. 2. Finis, & causa hujus jejunii, ut nobis videlicet redderet, quod hominum parens nobis sua intemperantia eriperat. 3. Jejunii hujus effectus, triumphus nempe de inferni hoste relatus. Hæc tria in Fidelium jejunio requiruntur, & efficere possunt triplicem partem concisionis. Matimbourg Sermone in primam Quadragesimæ Dominicam.

XIX.

Ad fideles fortiter solideque ad religiosam Quadragesimalis jejunii observantiam hortandos, ostendendum est. 1. Quoniam illius origo sit, & institutio. 2. Quoniam illius auctoritas in tota Ecclesia. 3. Quoniam illius olim consuetudo fuerit, & quoniam sit hodie. Ex Manuscripto Sermone.

XX.

Cum homines sæpe secum a Quadragesimali observantia dispensent, vel eam male servant, 1. ad examen revocandæ sunt excusationes, quas afferunt ut a lege sancte adeo, authenticæque instituta se solvant; 2. deinde ostendendus est abusus, qui in ipsius legis observantia committitur; videlicet



cet legis hujus necessitas, & extensio rite est ostendenda. *Joly in operibus mixtis.*

XXI. De abstinencia sermo potest haberi, quin Quadragesimalis jejunii fiat mentio, atque pro Concionis argumento, ac consideratione tamquam homines uti debemus abstinenciae praeconationis, ut peccata vitemus. 2. Nofmet considerantes tamquam peccatores uti debemus abstinenciae satisfactionis, & poenitentiae. 3. Nofmet considerantes tamquam Fideles uti debemus abstinenciae devotiois, quae pietatem nostram refectur. *Ex Dictionario Apostolico.*

XXII. 1. Nihil salubrius abstinencia iustu, ac secundum spiritum Ecclesiae instituta. Qui temere se ab abstinencia dispensant, ubi lege praecipitur, ostendunt se pietate, & religione carere. *Ex eodem.*

XXIII. Indulgentia, qua Ecclesia aliquid de pristina Quadragesimae severitate remisit, infirmos excitare debet, eisque omnem auferre illius non servandae praetextum. 2. Fervor, & diligentia primorum fidelium in Quadragesimae observantia hodie confundere, & humiliare debet eos, qui magis ferventes sunt, atque abstinentes. *Ex eodem.*

XXIV. Duplex est nocentium genus circa Quadragesimale jejuniu.

XXV. 1. Alii non jejunant, etiam si possunt; & isti jejunium destruant. 2. alii male jejunant; & ita fructum, meritumque evertunt jejunii.

1. Jejunium est actus obedientiae, qui praestatur Ecclesiae praecipienti. 2. Est actus poenitentiae, quo peccata nostra expiamus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde supellex suppeteret potest ad proposita Concionum lineamenta exornanda.

Sanctus Augustinus Tradatum edidit de utilitate jejunii, qui invenitur Tomo 9. operum eius.

Idem de jejunii fructibus agit Sermonibus 55. 56. 62. 64. 65. 69. 77. 137. 172. de Tempore.

Idem, Sermonibus 23. 24. 25. 41. ad Fratres in Eremito, sive alteri capiam opus hoc sit adscribendum.

Idem loquitur de Quadragesimali jejuniu in Sermonibus de diversis a 68. ad 74.

Sanctus Gregorius in tertium Regum agit de Quadragesimali jejuniu.

Idem, in Homilia 16. in Evangelia.

Idem, in Homilia 16. in Ezechielem loquitur de conditionibus jejunii, ut Deo sit acceptum.

Idem, in Job cap. 26. loquitur de hypocritarum jejuniu.

Sanctus Hieronymus in altera ad Nepotianum Epistola loquitur de discretione in jejuniu habenda.

Idem, in Epistola ad Demetriadem de eodem loquitur argumento.

Idem, in Epistola ad Furiam loquitur de modo servandi jejuniu, & abstinencia.

Idem, in Epistola 71. ubi refert S. Hilarionis vitam, loquitur de Sancti hujus Anachoretae jejunio, & abstinencia.

Idem, Tomo 2. lib. 2. contra Jovinianum loquitur de jejunii utilitate, atque abstinencia, & prolixum habet Sermonem.

Sanctus Ambrosius, lib. 10. Epistol. Epist. ad Verellensem Ecclesiae de jejunio, & abstinenciae meritis agit.

Idem, in libro de Elia, & Jejunio cap. 1. & 2. prolixum habet elogium jejunii.

Idem, in cap. 9. Libri Judicum cap. 12. de hac re loquitur.

Idem, Sermone 33. de tempore Quadragesimali docet utile non esse jejunium, nisi hoc tempore abstinemus a vitis.

Idem, Sermone 34. loquitur de obligatione servandae Quadragesimae, & unde orta fuerit hanc consuetudo, quod ipsum argumentum fufius etiam pertractat sermonebus sequentibus 37. & 39.

Tertullianus contra Plicyricos de hac re verba facit.

Sanctus Cyprianus edidit Sermonem, vel Tractatum de jejuniu quadraginta dierum Jesu Christi.

Sanctus Prosper, lib. 2. de Vita contemplativa cap. 29. nonnulla habet praestantissima in laudem temperantiae.

Sanctus Chrysolomus, Sermonibus 8. 12. 21. 41. 72. 43. & 266.

Sanctus Bernardus, Serm. 1. 3. & 7. de Quadragesimali jejunio verba facit.

Sanctus Bernardinus, Tomo 1. Serm. 3.

Origenes, Homil. 4. in 6. caput Matthaei rationem docet jejunandi cum fructu.

Sanctus Basilus octo Orationes habet, vel Homilias de jejunio, de quo loquitur etiam in libro de Virginitate.

Sanctus Chrysolomus, Homil. 3. ad Populum Antiochenum docet quodnam esse debeat Christiani jejunium.

Idem, Homil. 71. ad Populum Antiochenum, loquitur de virtutibus, quae jejunium debent comitari.

Idem de jejunio agit Tomo 1. Serm. 2. & Tomo 5. Homil. 71. & 73.

Idem, Homil. 47. in S. Matthaeum ostendit opus esse, ut vita bona comitetur jejunium; quod ipsum docet homilia 8. in Genesim.

Sanctus Leo habet sermones novem de jejunio septimi mensis.

P. Ludovicus Granatenfis amplum edidit hujus Aetate, rei tractatum.

Drexelius quoque particularem de hoc tractatum conscripsit, quem inscripsit Aloc.

P. Ludovicus a Ponte, Tomo 3. Traet. 2. c. 14.

Bartholomaeus Caranza hispanice egregium edidit hac de re tractatum, qui non ita pridem gallice redditus est.

Albertus Magnus, in Paradiso animae cap. 7.

Jacobus Alvarez, Tomo 2. de adept. virt. lib. 3. p. 2. cap. 10. & 11.

Franciscus Arrias, Tomo 3. Traetatu 5. a capite 4. ad 21.

Didacus Stella de contemptu Mundi, lib. 3. c. 18.

Petrus Sanchez in Regno Dei, part. 3. cap. 7.

Bernardinus Rossignolus, de Discipul. Relig. Perfect. lib. 4. cap. 34.

Nicolaus Lanicus, Opusc. 2. cap. 2. & 15.

Lanuzza, ex Dominicana Familia, in peculiari Tractatu.

Bellarminus de arte bene moriendi.

Moralia Christiana, in Pater lib. 8. sect. 5. art. 6. fufius hoc argumentum pertractat.

Vitz Monasterii Officia a Trappensi Abbate edita, ubi de abstinencia, & victus austeritate sermo est.

Annus Christianus P. Sufren.

Aula Sancta P. Caussini, lib. 3. sect. 24. ubi de temperantiae praxi habetur sermo.

P. Novet Meditatione in primam Quadragesimam Dominicam, quae finem Tomi 2. facit.

P. Gegou de usu Sacramenti Poenitentiae, Parte secunda, ubi agit de peccatorum scelenterum satisfactioe.

Caignet Tom. 1. Dominicalis Pastorum.

Liber, cui titulus: Evangelicus Concionator. Tomo 2.

Longe plures adhuc supersunt; at notiores memorasse sufficit.

Molinier, Sermone pro prima Quadragesimae Dominicae.

P. Mathias Faber, Serm. 1. & 2. pro die Cinerum.

Idem, in primam Quadragesimae Dominicam, Serm. 4. 5. & 6.

P. Delingendes initio Quadragesimae tres subinde sermones habet de jejunio.

Joly, in mixtis operibus sermonem habet de ratione sanctam ducenti vitam tempore Quadragesimae.

Auctor Sermonum Moralium.

Abbas de Breteville, in Specimine argumento tertio pro prima Quadragesimae Dominicae.

Promentiores pulcherrimum habet hujus argumenti sermonem.

Auctor Sermonum in omnia Ethicae Christianae argumenta pro feria quarta Cinerum.

P. le Jeune Presbyter Quatorii.

P. de la Colombiere, Serm. 74. de Jejunio, & Abstinencia.

Granatenfis, Titulo Abstinencia.

Buzius, in Viridario, Titulo Temperantiae.

Didacus a Vega, cap. 13. de Abstinencia.

Petalus, de Temperantia.

Berchorius.

Summa Praedicatorum.

Dandinus, lib. 38.

Labatha, in Thesaurio morali.

Lohner, Bibliotheca manualis. ) Tit. Abstinencia.

Raynerius de Pisis. )

Omnia Scholastica, & Casistica, qui Argumentam hoc pertractant.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & applicationes Scripturarum huius Argumento.

Ubi abstinens est, adjicit vitam. Eccli. 37.

Humiliabam in jejunio animam meam. Pl. 34.

Quare jejunavimus, & non aspexisti? Isaia 58.

In die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. Ibidem.

Ecce ad istos & contentiones jejunatis, & percussisti pugno impie. Ibidem.

Notite jejunare sicut usque ad hanc diem. Ibidem.

Nunquid istud vocatis jejunium, & diem acceptabilem Domino? Ibidem.

Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu. Joel. 2.

Jejunavit David jejunio. 2. Reg. cap. 12.

Genus meo infirmata sunt a jejunio. Psalm. 108.

Utere quasi homo frangi his, quae tibi opponuntur, ne, cum manducas multum, edo bibeas. Eccli. 31.

Santitas est anima & corpori sobrius potus. Ibidem.

Sandificat jejunium. Joel. 2.

Humiliaverunt animas suas in jejunio. Judith. 4.

Corpus suum humiliaverunt. Ibidem.

Prædicaverunt jejunium Niniviti. Jon. 3.

Bona est oratio cum jejunio. Tob. 12.

Petentibus a Domino misericordiam cum fletu & jejunio. 2. Machab. cap. 13.

Cum jejunatis, notite fieri sicut hypocritae, tristes; exterminans enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes; animi vero vobis, quia receperunt mercedem suam. Matth. 6.

Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris ab omnibus jejunans. Ibidem.

Hoc genus (demoniorum) non efficitur nisi per orationem, & jejunium. Matth. 17.

Hoc genus non ejicitur, nisi in oratione, & jejunio. Marci 9.

Quare Discipuli Joannis, & Phariseorum jejunant, tu autem discipuli non jejunas? Marci 2.

Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in jejunio, &c. 2. ad Corinth. 6.

Juvenes hortare, ut sobrii sint. Ad Titum 2.

Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens, quem devoret. 1. Petri, cap. 5.

Ministrantibus illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpti eos. Actor. 13.

Exempla Veteris, Novaeque Testamenti.

Moyses exemplum.

Cum voluit Deus Legis Tabulas tribuere fidei servo suo Moysi, adduxit illum in verticem montis, cumque illum a Summis Sacerdotibus, atque Senioribus Israel separasset, indixit illi multorum dierum jejunium, quo tempore, qui in castris erant, ut libitum ipsis erat, manducare, & bibere poterant. Scriptura testatur illum cum Domino quadraginta dies, totidemque noctes traduxisse, quin vel panem comederet, vel aquam hauriret. Hoc temporis intervallo Tabulas Legis descripsit.

David Rex erat, atque inter Aulae suae delicias officium hoc minime praetermittit, quin immo populis se tamquam austeritatis exemplar praebat. Non jejunabat solum his temporibus, in quibus occasionibus, quae praecipiebantur in lege, sed tunc etiam, cum cibum cogebatur accipere, ut vitam servaret cinerem panibus commicibat, stratumque suum lacrymis rigabat in signum sinceri doloris, ac vere praerogitorum scelenterum poenitentiae. Non regis purpura, non dignitas illum a religionis suae officiis exolvit; & Scriptura fingillatim memorat occasiones, quibus sibiipsum austerius imponebat jejunium, seu ut divinum flecteret iustitiam, seu ut a misericordia Dei gratiam aliquam, & beneficium consequeretur.

Ethier infans erat regina; magnificus hic tamen titulus illum minime prohibuit, quin seipsum mortificaret, & diligentissime exequeretur, quod Moyses de jejunio praeceperat. Humilis in tanta gloria summa officii fidei legibus paruit, ut nos doceret, omnes hos inanes dignitatum titulos, qui nostrae vanitati vellicantur, nos minime dispensare ab ea lege, quam pro Fidelibus omnibus irrogavit Ecclesia. Ut autem magis hujus Reginae Exemplum.

exemplo ostendamus, quam efficax sit jejunium ad avertenda irae divinae flagella, ac Deum ipsum, ut nostri miseretur, flentendum, facer Textus omnibus compertum esse voluit, ipsam jejunio se praeparasse ad gratiam hanc pro populo suo impetrandam, atque efficiendum, ut mortis sententia ab Assuero in omnes Judaeos, qui in Assyrii regis aedificatione inveniabantur, lata antiquaretur. Mardochaei, qui illum hoc spiritu educaverat, consilio ada jejunium instituit, ac jejunium illius fuit quoque sapientissimum tutor adjecti a Deo imperatoratus, ut Esther benigne audiretur, & ne jlla vitae suae periculum subiret, eo quod non vocata ultro sese Regi obtulisset.

Babylonice fornaeis flammam tribus pueris pepererant; eos quod corpora sua jejunio consecraverant; quos Daniels docet historia, adeo ardam, ut religiosamque servasse abstinenciam, ut nunquam vesci voluerint nisi dapibus, quae in Regis mensam afferbantur, suis leguminibus contenti; quod vix ab illo imperatorum, cui ipsorum cura erat concessa, metuanti, ne Regis ire se iram converteret, si coram eodem illi prodissent minore corpore venientem praeferebant; quae naturali ferme istorum labe offenderet. Sed cum sancti illi pueri tandem affectui fuissent facultatem more suo visum sumendi, venustiores, gratioreque oculis Regis acciderunt, quam qui suavissimis vescebantur obsoniis.

Incomparabilis Judithae exemplum evidens est argumetum, jejunium aptissimum esse dispositionem, ac viam, qua facile maximi quilibet conatus evocentur, ubi de gloria Dei, & populorum agatur salute. Generosa haec mulier, ut Scriptura narrat, omnibus vitae suae diebus jejunabat, exceptis Sabbatis, ac festis diebus, qui praecipitur in lege. Hanc vivendi rationem sibiimperia praescripserat; ex quo vidua remanserat; ac per eam sese toto populo abstinenciae, atque sanctitatis praebuit exemplar. Ita quae ejusdem opera usus est Deus, ut oppidum Bethuliam a direptione, vel etiam eversione, quam Holophernis exercitus, vel etiam eversione, quam Holophernis inferens, minitabatur, eriperet, atque ut liberaret populum a servitute, in quam progrederet erit redigendus. Satis liquet, quodnam facinus aua fuerit facta mulier, non nisi divino acta consilio, & quomodo imperatorum illum obrucaverit inter tot militum copias, atque inter validissimum, qui ad eam diem existisset, exercitum. At Deus Bethuliam imminenti periculo liberaturus voluit, ut omnes urbis illius incolae solemniter jejunio tantam cladem, & ignominiam deprecarentur; Judith vero, cujus brachio referenda erat victoria; omnium prima illud sancte servavit; cumque Holophernis accumberet mensae, nihil de consueta remisit abstinencia, tanquam inde vires, ac robur perceptura ad explendum consilium, quod adeo generose ad optatum finem perduxit.

Praecipuus jejunii effectus est Deo iram avertere, & scelenterum veniam impetrare, Ninivitis, ac effrenatus Rex eorum Sardanapalus infensissimae sceleribus Deum offenderant; ejusque iustas ultiones in suum caput converterant; Deusque per Jonam Prophetam illis minitatus fuerat, futurum ut intra quadraginta dies civitas eorum deleta squaretur solo; tantum enim temporis spatium poenitentiae eorum datus concesserat misericordia. Hac mora illi abusi non sunt; statim enim ac eorum auribus acciderunt verba ignoti Prophetae, Dei nomine cladem hanc portendentis, in cinere, & cilicio egerunt poenitentiam; animo quidem dolore confecto, oculis vero lacrymarum imbre manantibus inter ejulatus, ac suspiria suae conversiois indicia jejunarunt; quippe Rex ille voluptatibus addictus ingenti populo, qui illius flagitia propius imitabatur, severissimum indixit jejunium. Ipse enim ita praecipit, ac praecepto primus omnium paruit. *Hominis, & Jena; jumenta non gustent quidquam.* Subditi omnes poenitentiae Regis sui exemplum fecuti sunt; & jejunium imperatorum adeo fuit generale, ut ad- pueros etiam se extenderit, qui non erant eorum scelenterum participes, & ad jumenta etiam, quae peccare non poterant: sed quo effectus? Deus, qui suae nequit livifici misericordiae, eorum misertus est; civitas incolam servata est, & eventus probavit sentium, qui in eorum ore veritabantur. *Quis scit, si converteretur, & ignoscit Deus, & revertitur a furore irae suae, & non peribimus?*

Non desunt in Scripturis illorum exempla, qui mortem potius oppetere voluerunt, quam vesca carnibus.

Tres Pueri in Babylonice fornae, & Machabaei.

Exemplum Judithae.

Exemplum Ninivitis.

Ibidem.

Elezar, & Machabaei.



nibus a Lege prohibitis. Hujusmodi fere Eleazarus, & septem fratres Machabei, qui hac eb causam se vidimus totis supplicis casti fuerunt. Non defere, qui fallaci misericordie commoti pollicebantur seni illi, se licite a nuncium simulata obedientia. Verum sanctus senex hoc respexit consilium tamquam insidias suae constanti paratas; ne uno quidem momento hereticeps, ac statim respondit se male potius precipitem in infernum dari, quam tantum facinus perpetrare. Respondit cito dicens *premissi se velle in infernum*. Abiit, inquit ille, ut Eleazarus nonaginta natus annos adolecentibus locum praebeat credendi, se a Religione defecisse. Equidem scio me arte hac mortem evitaturum; sed fieri non posset, ut vivens, aut mortuus non deciderem in Dei viventis manus. Praestat mihi exiguum vitae spatium, quod lupereh, sacrificare, & morte mea omnem docere populum, quae reverentia, quis amor sanctas leges deceat.

Exemplum poenitentiae, quam habet jejuni-um apud Deum.

In ipso etiam veteri Testamento inveniri possunt exempla ejus virtutis, quam ad Dei iram fledendam habet jejuni-um, quo nequissimi etiam sui sunt peccatores, ut misericordiam consequerentur, quemadmodum Achab primo Regum; vel quo freti insidiae de hostibus suis retulere victorias, ut Josaphat primo Paralipomenon. Alii in egestatibus suis ad illud confugerunt non dampnati sunt, uti legitur 8. cap. Ekdz; alii ab impendentibus sibi malis liberati evaserunt, ut Israelitae tot in occasionebus; prophetae quoque religiosi servantes jejuni-um apud Deum visi sunt omnipotentes. Hac ratione Daniel obtinuit quod exivit precibus ipsius vel negatum fuerat vel dilatum. Anna mater Samuelis, ex Sancti Hieronymi sententia prophetae hujus navitatem, atque finem miseram sterilitatis obtinuit; Sara junioris uxori Tobiae demonem eiecit, qui jam septem epidem viros occiderat; & Elias, S. Ambrosio teste, per jejuni-um ea omnia admirabilia operatus est prodigia, quae tertio Regum libro narratur &c.

Exemplum Filii Dei in deserto.

Primum, ac maximum, quod sepe nobis in lege nova exhibeat, exemplum est Auctoris legis esuldem, qui in deserto secessit, & diebus quadraginta ibi permansit, ut se ad converlandum cum hominibus, & ad salutem eorum operandam disponeret; qui, cum toto hoc temporis intervallo adeo austerum jejuni-um servasset, instituit, vel ex plurimorum Doctorum sententia instituti locum dedit Apostolis, & Ecclesiae jejuni-um illud dierum quadraginta, quod vocamus Quadragesimam. Sed si divina, sive Apostolica, sive tantum Ecclesiastica sit ejusdem institutio, patet, inde suam habuisse originem, & Jesu Christi jejuni-um hujus exemplari fuisse.

S. Joannes Baptista.

Sanctus Joannes Jesu Christi Praecursor haberi potest tanquam alterum abstinens, atque jejuni-um exemplar; quippe aquam tantummodo bibens, atque locustis, & agrestibus melle vescens, sibi vini, carnis, piscium, immo etiam legitimum usum interdixit, atque eo usque singulari fuit abstinencia, ut Salvator de eodem dixerit, quod neque biberet, neque comederet: *Veni Joannes neque manducans, neque bibens*; & S. Hieronymus affirmat hanc vivendi rationem fuisse initium institutionis, atque sanctificationis vitae eremiticae. *Habitatio deserti, & incunabula Monachorum salubis inchoantur alimentis.*

Matth. 11.

Ambigi nequit, quo minus Apostoli Praeceptoris sui exemplum fuerint imitati, & in eorum Actis a Sancto Luca editis legitimus, eos nullum unquam momenti alicujus opus aggressos, nisi antea precibus, & jejuni-um se preparassent. Sed praeterea a praefatis Ecclesiae Patribus discimus, vitam discipulorum, atque Apostolorum iuge fuisse jejuni-um. Sanctus Petrus, Gregorio Nazianzeno testante, ut plurimum siliquis tantummodo vescabatur. Ex Sancto Clemente Alexandrino accipimus, fructus, olea, & legumina S. Matthaeo victum praebuisse. Hegesippus apud Eusebium in historia narrat Sanctum Jacobum, qui frater Domini vocabatur, neque vinum, neque ficeram bibisse, neque manducasse aliquid, quod vitam haberet. Necnon apud SS. Hieronymum, & Epiphanium legitimus primos Fideles, qui in Ecclesiis primordialis Alexandriam conveniant, & qui ab Apostolis dotti, institutisque fuerant, eorum servasse spiritum, sensus, atque instituta, viventes in solitudine, & a terrenis rebus penitus expeditos, neque alio usque cibo, quam pane, & oleis, neque inter alios desuisse, qui lex dierum spatio ab omni etiam esu abstinuerit, &

Orat. de amore Pauperum. 2. Pag. 11. 12.

non nisi post solis occasum vel biberit, vel manducaverit. *Quorundam Scripturae locorum hujus Argumento Applicationes.*

non nisi post solis occasum vel biberit, vel manducaverit.

Quorundam Scripturae locorum hujus Argumento Applicationes.

**N**on in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4. His verbis uti possumus, ut offendamus eodem tempore, quo per jejuni-um corpori esum subtrahimus, animam precibus, caelestium veritatum meditatione, praesertim vero Verbo Dei, quod Sancti Patres cibum animae appellant, esse saturandum. Hinc fit, ut licet divinum hoc verbum nobis esse debeat tanquam panis quotidianus toto vitae spatio, quatenus Christiani sumus, attamen hoc sanctum Quadragesimum tempus, quod corporibus jejuni-um macerandis delinatum est, fit quoque tempus, quo Ecclesia Evangelicas praedicationes multiplicat, quae sunt veluti totidem convivia, quibus anima altitur, & saginatur, ut Regii Prophetae vocibus atit, donec jejuniis corpus atteritur.

Corpora jejunant, anima divini verbi pabulo est nutrita.

**S**anctificate jejuni-um. Sanctus Hieronymus, & Interpretres quidam dicunt, jejuni-um sanctificare idem esse ac illud precibus, elemosinis, aliique bonis operibus, quae illud Deo acceptum reddunt, communitari; & Sanctus Gregorius Homilia 16. in Evangelia haec habet: *Jejuni-um sanctificare est, adjuvanti bonis aliis, dignam Deo abstinenciam carnis ostendere; carnis abstinenciam dignam efficere, quae offeratur Deo, superadditis bonis operibus, quae illam jucundiorum exhibeant.*

Justit. 11.

**Q**uare jejunavimus, & non aspersisti? Mala 38. Ut jejuni-um eam habeat virtutem, quae illi Scriptura tribuit, a Deo impetrandi gratias, atque beneficentia, quae ab eodem petuntur, observandum est cum spiritu poenitentiae, non autem avaritiae, aut iactantiae, aut aliam ob causam. Hoc aperte in Mala testatur Deus in ipsius Judaeorum quibusdam respondens, qui, cum aliquot dies fumina cum austeritate jejunassent libertatem impetraturi, cumque semper se Chaldaeorum servituti subiectos intuerentur, per nequissimum insolentiam eidem dicere ausi sunt, *Quare jejunavimus, & non aspersisti? humilissimam animam nostram, & necesse? jejunavimus quidem, sed modo prorsus pravo, abstinuimus quidem epulis, at devotissimis substantiam egeni, qui vobis obzaratus solvendo non erat; stomachus quidem vester est vacuus, cor tamen amore vestri replentus est; Ecce in die jejuni-um vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones jejunavitis.*

Jejuni-um servandum est secundum eam mensuram, quam Deus tribuit.

**H**oc genus (Damoniorum) non efficitur, nisi in oratione, & jejuni-um. Marc. 9. Totidem sunt Demones, quot variae tentationes, quippe oppugnatur. Qui nos de superbia, ambitione, inani gloria tentant, hi per humilitatem, abiectionem de nobismetipsis sensum ejicendi sunt, & propulsandi. Qui in odium, iram, ultionem impellunt, lenitate, patientia, christiana charitate vincendi sunt. Qui nobis avaritiam, honorum hujus mundi cupiditatem student immittere, in eas animas, quae a terrenis rebus prorsus divulsa sunt, nullam habent facultatem. Demones vero illi, qui nobis voluptates obtrudunt, qui ad impuritates sollicitant, atque in ea nos perturbare contendunt vitia, quorum principium est in corpore, & quorum caro nostra vel organum, vel subiectum est; hi, inquam, non efficiuntur, non infirmantur, non delinunt nisi jejuni-um; quippe illi vires suas ex epularum copia, & deliciis dapum, quibus corpus altitur, recipiunt: *Hoc genus non efficitur nisi in oratione, & jejuni-um.*

Quoniam vita jejunio vincenda dicitur.

**D**ic, ut lapides isti panes fiant. Matth. 4. Hoc agebat diabolus Filio Dei, qui dies quadragenos in deserto jejunaverat. Præcipe, ut lapides isti vertantur in panes; sed Fidelium sensus, & delicta, quae in Ecclesiasticum jejuni-um tantam laxationem invexere, efficiunt, ut aliquid simile quotidie dicatur: *Dic, ut lapides isti panes fiant.* Primis enim temporibus Fideles presidi in jejunis aqua tantum, & pane utebantur, vel ad summum aliquot olivula, & legumina addebant; hodie vero hic panis, haec olera in pisces, eaque dapes immutatae sunt, quae non minus suaves, ac delicate sunt, quam carnes, quibus abstinere jubemur. Tunc primum in jejunis corporum mortificatione requirebatur; hodie vero quaritur, quomodo satis fiat gustui epularum varietate, quae cocorum industria efficere fludet gratiores. Itaque haec mutatio est luxus, non poenitentia, aut mortificatio. *Dic, ut lapides isti panes fiant.*

Si in Quadragesima li jejuni-um dapes mutatur, non mutatur tamen festum voluntatis.

**P**anes fiant. Diu in jejuni-um vino aequae ac carnis homines abstinere; hodie vero voluptas, cuius in prohibitarum carnis abstinencia iactura fit, liquorum varietate reparatur. Olim lac, & quidquid carnis fructus est, interdida Ecclesiae, ut facilius obsoleta est, eaque indulgit Ecclesiae, ut facilius jejunaretur: *Dic, ut lapides isti panes fiant.* Pisces quoque in ayes mutati sunt, & iam percrebuit vesana opinio, ayes quaedam, quae in aquis vivunt, vel in aquis oriuntur, licet in aera volitent, pro piscibus esse accipiendas: *Dic, ut lapides isti panes fiant.*

1. Petr. 2.1.

**S**obrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus sicut querens, quem devoret, cui resistite fortes in fide. Ex hinc verbis videmus Sanctum Petrum fidem cum jejuni-um, & sobrietate conjungere, ut demoni resistatur. Itaque inter jejunii effectus recenserit possunt omnia prodigia, quae Sanctus Paulus attribuit fidei; & quae his verbis continentur: *Sancti per fidem vicierunt regna &c.* Sanctus Basilus haec jejuni-um applicat. *Victoria enim, quam populus Dei de Amalecitis, & exercitus Josue de pluribus Regibus retulerunt, nonne effectus fuerunt jejunii, quemadmodum Sanctus Hieronymus animadvertit? Operati sunt justitiam, Nonne hoc pacto sese ad virtutum omnium praxim disposuere? hoc enim iustitiae nomen illic significat. Adepti sunt re-promissionibus. Hoc pacto eam mercedem meriti sunt, quae sanctis fuerat promissa. Obstraverunt ora locorum, quod in Samone, ac Daniele adimpletum est. Extinxerunt impetum ignis. Hoc ipsum visum est in pueris in Babylonicam fornacem coniectis &c.*

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

Jejuni-um est virtutum omnium praxim disposuere?

fiani, sed Joviniani est. Idem, 1. de Ecclesiasticis dogmatibus.

*Vide, quanta sit jejuni-um virtus, ut id facere jejunia valeant, quod Apostoli nequirent. Idem, Serm. 65. de tempore.*

*In Evangelicis, & Apostolicis literis itaque instrumento, quod appellatur Testamentum Novum, videtur praecipuum esse jejuni-um; quatenus autem dicitur, praecipio Domini vel Apostolorum non invenio definitum. Idem, Epist. 86. ad Casulanum.*

*Quanto prolixior abstinencia cursus, tanto redemptio copiosior est salutis; quanto austerior cura vulnerrum, tanto medicina est salubrior peccatorum. Idem, Serm. 17. & 60. de Temp.*

*Si jejunavit ille, qui peccatum non fecerat, quanto magis necessaria sunt jejunia homini peccatis obnoxio? Serm. 6. de Jejunio Quadrage.*

*Clemens & pius Dominus humanum genus, quae suavitate diaboli decipitur fuerat per gustum pomi in Paradiso, sacrosancto jejuni-um liberandum decrevit. Idem, Serm. 12. de Quadrage.*

*Arbitror itaque causam hanc esse jejunii, ut quia primus Adam in Paradiso constitutus per inemperantiam gulae gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundum Adam per temperantiam repararet. Idem, Serm. 77. de Temp.*

*Hoc egit Salvator, ut eisdem vestigiis, quibus admisa fuerant delicta, purgaretur hoc est quia homo manducando deliquerat, corrigere eum abstinendo. Idem, ibid.*

*Cara nostra juvenum nostrum est; plerumque nos rapit caro, & de via conatur extrahere: tale e. ego juvenum cohibemus jejuniis, cibaria ferventis subtrahimus, & fame domemus, quod freno non possimus. Idem, lib. de Cantico novo, c. 3.*

*Quando praelium tentationis infertur, jejunandum est, ut corpus implet de castigatione militiam, & animus impetret de humilitate victoriam. Idem, Serm. 157. de Temp.*

*Jejuni-um humilitatem significat, unde dicitur est; Humiliter in jejunio animam meam. Idem, Epist. 86. ad Casl.*

*A peccatis principaliter jejunemus, ne jejunia nostra, sicut Judaeorum jejunia, a Deo respiciantur. Idem, Tract. 7. in Joannem.*

*Non laudatur in eo jejunium, qui ad luxuriosam carnem servat ventrem suum. Idem, in Palm. 43.*

*Imple miserationis officia, & sanctificasti jejunia. Idem, Serm. 172.*

*Sunt quidam observatores Quadragesimae, delictis peius quam religiosi: hi mutuum errant; non est eis suscipere abstinenciam, sed mutare luxuriam. Idem, Serm. 171. de divers.*

*Cum corpus castigatur, restringenda sunt delicta, non mutanda, ne per occasionem quasi domandae carnis magis agatur negotium voluptatis. Idem, ibid.*

*Quid pulchrius abstinencia, quae facit etiam juveni-um annos senescere, us fiat morum senescere? Ambrosii Epist. 72. ad Vercell. eccles.*

*Hanc Quadragesimam Dominus suo jejunio consecravit. Idem, Serm. 34.*

*Quae nobis Jesus esse potest, nisi jejuni-um elucrum peccata nostra? cum Scriptura dicat; jejunium, & elemosyna a peccato liberat. Idem, Serm. 10.*

*Nillum tam grave delictum, quod non purgetur abstinencia, elemosynis extinguatur. Idem, de Natali Domini.*

*Qui sunt hi praepetores novi, qui meritum excludunt jejuni-um? Nonne Gentilium quae ista dicentium manducemus, & bibamus? Idem, Epist. 82.*

*Hac est voluntas Domini, ut jejunemus a cibis pariter, & peccatis? Idem, Serm. 33.*

*Qua causa Christus jejunavit, nisi ut nobis exemplum esset ejus jejunium? Idem, ad Vercell. Episc.*

*Adamus quando jejunavit, in Paradiso fuit; comedit, & ejectus est. Hieronym. lib. 2. advers. Jovinianum.*

*Offenditur posse nos per jejunium redire in Paradisum, unde per saturitatem fueramus eieci. Idem, ibidem.*

*A diebus Joanni Baptista jejunatoris regnum Caesorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Idem, ibidem.*

*Quid prodest tenuari abstinencia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem mercedum de pallore jejunii, si invidia lividi sumus? Idem, ad Celant.*

*Tunc praecleara est abstinencia corporis, cum est animus jejunus a vitiis. Idem, ibid.*

*Nos unam Quadragesimam, secundum traditionem Apo-*

PARAGRAPHUS IV.

Locis, & Sententiae Sanctorum Patrum ad hoc Argumentum pertinentibus.

**H**oc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimentum inopiuntur accedam. Aug. 1. 10. Contest.

*Jejuni-um magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sacris, quod est perfectum jejunium. Idem, Tract. 17. in Joann.*

*Jejuni-um remedium est, aut praemium; hoc est, aut indulgentiam peccatorum, aut praemium regni Caestis acquirit. Idem, Serm. 62.*

*Pro amore castigandi corporis abstinenciam a vino vel a carnibus nihil meriti accipere, hoc non Christi-*

BIBLIOTHECA



Apostolorum, anni tempore nobis congruo, jejunamus. Idem, Epist. ad Marcellam.

Quadragesima diebus Dominus jejunavit, ut Solemnis jejuniorum dies relinqueret. Idem, Comment. in Iliam, cap. 58.

Non recens inventum est, sed pretiosus thesaurus a Majoribus repositus & traditus. Basil. Homilia de Jejunio.

Reverere jejunii canitium; tam vetus est, ut simul cum homine conceptis; in Paradiso prescriptum est. Idem, ibid.

Quoniam non jejunavimus, exulamus a Paradiso; jejunemus igitur, ut ad illum postliminio revertamur. Idem, ibid.

Joanni Baptiste vita quid aliud erat, quam unicuique ac perpetuum jejunium? Idem, Homil. 1. de Jejunio.

Satis quod caro concupiscat adversus spiritum, & spiritus adversus carnem; itaque cum hec sibi invicem adversentur, subiiciamus carni voluptatem, arguamus animam robur, ut per jejunium, collectis ad sperandas concupiscentias viribus, carnis abstinentia repositis cingamur. Idem, ibid.

Jejunemus, ut passionis Christi participet simus, Idem, ibid.

Patientia sine jejunio otiosa, & infrugifera est. Idem, ibidem.

Nulla est insula, nec ulla terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non sit auditum jejunii edictum. Idem, orat. 2. de eodem.

Jejunium cibis est Angelorum, & qui eo utitur, gradus Angelici censendus est. Athanas. lib. 2. de Virginitate.

Vide quid faciat jejunium; morbos sanat, distillationes exficat, demones fugat, pravos cogitationes expellit, cor mundum efficit. Idem, ibid.

Haebemus Quadragesimae dies jejunii consecras, Originem in Levit.

Jejunium, si discretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat. Cyprian. de Jejun. & tentat. Christi.

Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitacionem enim continet Dei conversationis. S. Ignat. ad Philippen.

Sacrificia Deo grata, dico jejunia, seras, & aridas ascas. Tertull. de Resurrect. carnis.

Portionale jejunium; scabientiam vocat idem. Ipse Dominus Baptisma suum, & in suo omnium jejunii dedicavit. Idem, l. 2. de Jejun. c. 8.

Ut mundum, & soleme jejunium possit offerri. Concil. Nicenum l. Can. 2. agens de Quadrag.

Quod ventri subtrahis, tribus esurientibus. Gregor. Nyisen. orat. 1. de Paupert. amanda.

Labor quidem est in jejunando, ut non dum pro Jesu crucifixi sumus. Idem, Homilia de Jejunio.

Jejunium Angelorum imitatio est pro nostra virili parte. Chrysof. Serm. 1. de Jejun.

Spiritale animarum ver, & fidelissima tranquillitas animarum. Idem, in quadam in Genesim Homilia.

Jejunium animae nostrae nutrimentum est, ut, sicut corporalis iste cibus impinguat corpus, ita & jejunium animam habitorem efficiat, & valentorem. Idem, Hom. 1. in Genesim.

Jejuna quia peccasti, jejunata ut non pecces, jejunata ut accipias, jejunata ut permanent quae accepisti. Idem, Serm. 2. de Jejunio.

Negotio jejunium non est, ut lucrum faciamus non cadendo; sed ut, quod manducaturus eras, pauper pro te comedit, fatique tibi duplex bonum, tum quod jejunas, tum quod alius non esurit. Idem, ibidem.

Quia cibi lascivit caro, & fit petulant, propterea ciborum jejunium susceptum est, ut carnis imperium evocet. Idem, Homil. ad Popul. Antiochenum.

Quod quadragesima diebus jejunamus, non humana inventio, sed auctoritas divina est. S. Chrysof. Serm. 11.

Tum demum ad animae curvationem proficit medicina jejunii, cum abstinentia jejunantis reficit esurientem indigentem. Sanctus Leo, Serm. de Jejunio Pentecostes.

Ego interdum abstinco; sed abstinentia mea est satisfactio pro peccatis, non superstitio pro impietate. Bernard. Serm. 66. in Cantic.

Vide quemadmodum sibi invicem jejunium, & oratio societur; oratio vim imperat jejunandi, & jejunium gratiam promerit orandi: jejunium orationem roborat, oratio sanctificat jejunium. Idem, Serm. 9. de Jejunio.

Jejunia & elemosinae orationem jurant. August. Ep. 123.

Jejunium humilitatis signum. Idem, Epist. 167. Illud jejunium Deus approbat, ut hoc, quod tibi subtrahis, alteri largiaris. Greg. in Psal.

Qui jejunare non valet, cum genuit, & suspiriis, & animi dolore manducet, pro eo quod, aliis jejunantibus, ipse abstinere non potest. August.

Jejunare quidem non potes, sed non rovere in delictis potes. Chrysof. Hom. 58. in Matth.

Vittorum mors, vita virtutum, robur mentium, vigor animarum, invidiosa Christiana militie primitiva. S. Chrysof. Serm. 8.

Per abstinentiam non caro, sed carnis vitia extinguenda sunt. Gregor. lib. 20. Moral.

Quoniam multos pauperes satiare potest intermissum hodie prandium? Ita jejunata, ut, alio manducante, prandisse te gaudeas. Boetius, in Psalm. 43.

Jejunium non est tantum a concupiscentia ciborum, sed ab omni leuita temporalium delationum. August. lib. 2. Quaestionum Evangel. cap. 18.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia pens hoc in argumentis deproxi queat.

Temperantia generatim sumpta virtus est, quae reprimit motus, & inordinatos concupiscentiarum appetitus in iis, quae ad gaudium, atque tactum pertinent. Temperantia in gustu proprie virtus est abstinentiae, quae cibum respicit, & potum, & quae duas alias complectitur virtutes, sobrietatem videlicet, atque jejunium. Sobrietas in eo posita est, ut licitis utamur opulis secundum prudentiam, & necessitatis regulas; jejunium vero, ut a quibusdam dapibus, quibus stans visci interdium est, abstinemus, & semel tantum in die, tempore, & hora, quam nobis praescribit Ecclesia, comedamus.

Hinc inferendum est, jejunium, de quo magis peculiariter in hoc tractatu nobis est sermo, differre a sobrietate, quod sobrietas omnes, omnique tempore obligat, & nemo quovis tempore dispensari potest, quia oppositum ejus, videlicet gula, nunquam licita est. At non ita de jejunio est, quod non nisi stans diebus imperatur, unde sequitur, jejunium aliquid esse magis libertate. Verum est, illud ad temperantiam virtutem referri, & illius admodum esse, at gradus longe superioris. Differre etiam a sobrietate agendi modo, & ratione finis, propter quem fuit institutum; qui enim sobrius est, viam sequitur communem, atque indiscriminatim iis rebus uti potest, quae ad vitam animalium pertinent; sed, qui jejunat, supra communem usum se attollit, & licitis etiam dapibus abstinere. Sobrietatis est hominem in statu ipsius continere, eoque in situ, qui ipsum maxime decet; jejunium contra naturam affligit, efficique, ut meritam poenam patiatur.

Ex D. Thoma cognoscimus tres esse causas, vel fines, propter quos jejunium imperatum fuit: primus ad carnem domandam, ejusque motus inhibendos; alter, ut spiritus nollet sit magis liber, meliusque dispositus ad caelestes, aeternalesque veritates meditandas; tertius, ut Deo satisfiat, quem offendimus leges illius infringendo. Haec rationes jejunium generatim respiciunt; quod enim ad jejunium Quadragesimale pertinet, Doctores omnes uno ore fatentur tempus hoc potissimum electum fuisse, 1. ut imitaremur quadragesima dies, quibus Filius Dei jejunavit; 2. ut participes fieremus meritorum passionis ejus; 3. ut Fideles Paschali communioni disponerentur.

Hi sunt praecipui canones circa jejunium instituti atque observati, nec non ex Conciliis, Sanctorumque Patrum scriptis depropti. Primus, ut, unica intra viginti quatuor horarum spatium fiat comestio; quae antiquitus in Quadragesima post Vesperas fieri consueverat. Hodie vero, quoniam usus immutatus est, atque prandii hora non modico intervallo praevenerit, praecipit Ecclesia, ut Vesperae mane ante prandium in choro dicantur. Alter, ne caro, vel quidquid ex carne ortum est, manducetur, praesertim vero in Quadragesima, atque ut quilibet dapam delitio auferatur. Tertius, ut pauperibus erogetur, quod non impenditur a jejunantibus. Quartus, qui praecipuus est, ut hoc potissimum tempore, pie, sancteque vivatur, ut omnia evitentur peccata, & peccati occasiones, atque ut precibus, bonique operibus tempus impendatur.

Quod spectat ad Quadragesimale jejunium, praecipit, quae hodie inter Fideles viger propter Ecclesiam

Temperantiae, abstinentiae, & jejunii delicta.

Defectio jejunii, & sobrietatis.

Fines propter quos jejunium, & Quadragesimale veteris praescriptum institutum est.

Quomodo jejunium servandum.

Quomodo jejunium hodie servatur.

indulgentiam erga filiorum suorum infirmitatem, longe alia est ab ea disciplina, quam in Canonibus suis illa praescribit: sed quaecumque sit, de praecipuo est, easque servare tenentur, quaecumque per statum, valetudinem, & vires possunt. Et quemadmodum temeritas esset damnata velle consuetudinem, quae per Ecclesiam indulgentiam percipitur, ita etiam temeritas esset damnata illos, quibus Deus gratiam elargitur, ac tribuit vires jejunandi, ut olivam Apostoli conserverunt.

Cum jejunium minime sit essentiale bonum, sed medium dumtaxat, quae utendum est ad corporis animaeque puritatem acquirendam, & quod necessarium est, ut facilius nobis efficiatur praxis eorum, quae vere bona sunt, ac virtutes, hoc tali prudentia debemus uti, ut, prohibens, ne caro contra spiritum rebellet, & extinguens in nobis ardorem concupiscentiae, utile sit etiam animae in munusculum, officiosumque suorum exercitatione, hoc est iura servanda est inter utrumque extremum immoderata indulgentia, indifereque abinentiae moderatitas.

Quadragesimalis jejunii institutionem Apostolicam esse plurimi Sancti Patres, & Doctores affirmant. Primum sane Ecclesiae temporibus receptum fuit, & ab omnibus Fidelibus unanimitate, constantique consensu servatum, & universalis ista consuetudo deinceps facta lex est, quam SS. Praetules in Conciliis congregati operis pretium censuerunt explicitis Canonibus imperare Fidelibus ad praeveterendam, ac prohibendam relaxationem, quae per Ecclesiae pacem, atque tranquillitatem potuisset obrepere. Hujus rei authenticum nobis suppedit argumentum in Haereticis Aerii damnatione, qui, S. Augustino referente, xvo Constantini Magni cum in Aeri partes concessisset, in Ecclesiam infurgere ausus est eo quod facta jejunii tempora, statoque dies decrevisset, tenens hoc libertati Christianae injuriam facere, & idem esse, ac iterum Fideles antiquae legis iugo subicere. Sed Sancti Patres, qui subtilibus huiusce rationibus moverentur, Ecclesiam institutum, & consuetudinem confirmantur.

Amplius nequit, quominus satisfaciendum sit Deo poena sceleribus nostris debita, atque inter opera, quae satisfactoria vocantur, vulgatissimum in Scripturis esse jejunium, quod in hunc finem praecipitur. Oportet ergo necessario, jejunium hoc esse molestum, atque mortificare carnem, quodcumque afferri possit temperamentum, aliter fieri nequit, ut satisfactio sit, quod ab omni molestia jejunatum est. Itaque hanc ob causam Dei Filius, qui exemplo suo veritatem hanc docere cupiebat, in deserto esse jejunavit austeritate, quae constat legitimum Evangelium. Unde facilis patet illatio, opus esse jejunio corpus nostrum mortificari, illud in spiritu penitentiae observandum esse, & demum, quantum detrahatur austeritas, quae ab eodem separari non debet, tantum meriti, atque satisfactio detrahi, quae pro peccatis est peragenda, & hunc finem esse, propter quem praesertim jejunium institutum, atque imperatum est.

Quemadmodum liquet, non deesse, qui jejunare minime possunt, quantumcumque temperamentum veteri jejuniorum consuetudini Ecclesiae attulerit indulgentia seu propter morbum, atque visibilem infirmitatem, seu propter pauperitatem, quae non suppeditat, aut aequum facere possint prandium, seu propter impensum laborem, cui statui, & conditione sua subiacentur, extra omnem dubitationis aleam certum est, illos nequaquam teneri, atque agrotantes uti posse dapibus, quae jejunii diebus aliis interdiciuntur. Ecclesia, quae pia Mater est, nunquam jejunio obligare voluit filios suos, ubi non vitae forum, veram etiam valetudinis non levis iactura periculum immineret. Sed huiusmodi in occasione semper deest a Pastoribus dispensationem impetrate, ac non fucatas rationes adferre: haec enim debent Ecclesiae reverentia, ut te obedientem filium probent, neque te velle a praecipuo eximere, nisi per eorum auctoritatem, quibus facultas est dispensandi, & praeterea ad scandalum evitandum, quod oboriri posset, & demum ut conscientiae tuae consulat securitati.

Verum, quemadmodum certum est, plurimos jejunare non posse, neque abstinere carnibus vel propter infirmitatem, vel propter alias aequissimas causas, ita aequum est, ut aliis bonis operibus huic suppleant officio; divites quidem uberius, & frequentius elemosinas; pauperes vero diutius, ac ferventius precibus, magis assidua di-

vinis Officiis adstantia, vel alia quapiam devotione, quia jejunii tempus potiori modo pietati dicatum est.

Lex naturalis nos jejunio generatim sumpto adstringit: cum enim jejunium, atque abstinentia sint necessariae ad carnis rebellionem reprimendas, easque spiritui subdiciendam, homo quippe naturaliter animae corpus subdicere tenetur, inde sequitur, ipsum naturali etiam jure teneri ad jejunium, quod huic effectui, & fini adeo est necessarium. Hanc illustrationem Sanctus Thomas eruit. Quod si lege naturaliter jejunare jubemur, quatenus jejunium necessarium est ad sensum concupiscentiam coercendam, lex divina illud explicite pluribus in Scriptura, lex divina imperat; ita ut lex naturalis simul, & divina generatim nobis jejunii necessitatem infligant, quidquid post Calvinium effutiant haeretici. Sanctus Augustinus hoc palam ait explicitis verbis: In toto instrumento, quod appellatur Testamentum novum, vix ad praecipuum est jejunium. Ad Dei Filium Ecclesiae fuz contulit auctoritatem obligationem illius moderandi circa temporis, status, quantitatis, & qualitatis ciborum circumstantias; unde factum est, ut jejunii servandi ratio pro tempore, locorumque varietate variaverit.

Ea, quae contra Quadragesimae institutionem obijciunt Haeretici, stultia sunt, & nullius ponderis. Ad tria vero potissimum rediguntur. Primum est circa distinctionem, quam constituit Ecclesia inter epulas, quas permittit, & eas, quas prohibet, quasi aliquid earum natura sua essent male, quod Apostolus damnat. Alterum Judaicae superstitionis insimulans statum illud tempus, quod ante Paschatis festivitatem decrevit Ecclesia. Tertium denique, dicunt Ecclesiae auctoritatem non esse adeo grave jugum injiciens, atque hoc sub peccati poena imperari. Sed facile haec diluuntur. 1. Prohibet Ecclesia carnium usum, non quod per se male sint, vel immunda (aliquo nullo unquam tempore usum earum possit permittere), sed ejus interdictione statim tempore eas illicitas efficit. 2. Non servamus jejunium hoc tempore, quia Judaei eodem jejunare consueverunt; sed Ecclesia illud egit tempus, quod magis opportunum censuit propter eas, quae actualiter, & non minus iam Ecclesiam nihil ultra fecisse nisi determinare tempus, modumque jejunii quod praecipitur in Evangelio. Cujus enim erat jejunii tempus, modumque constituit, quo praecipuum servandum esset, nisi fuisset Ecclesia? Alioquin semper incerti fuisset, utram praecipuum a nobis satisfactum fuisset.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aeternis, recentioribusque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Et Filius ad jejunandum in deserto cecidit, ut, ex Sanctorum Patrum sententia, nos doceat jejunii tempus statum esse lacrymarum, doloris, & contritionis peccatorum nostrorum pro summa, abstinentiam, & subtractionem voluptatum, atque gaudiorum mundi, quae temporis hujus non sunt. Alioquin enim jejunium non aliud est, quam exterius exercitium, & in corpore subditienda, quae in animam ipsam permeat, quae pervenire non potest nisi per dolorem, cujus indicium, & effectus est, per illam, & cum illo peccata nostra detegeat. Ideo Scriptura de jejunio loquens, quod interna cordis nostri contritionis est nota, ut plurimum cum aetibus, lacrimisque conjungit, quae satis doctorem, & contritionem indignant: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu, jejunantes, sed eo jejunio, quod lacrimis, gemibusque concomitantur. Nequissimum igitur jejunium venientur consecutus sunt Niviviz, sed quae cinere dolorem suum testantur. Cordis lacrimae igitur sunt Fidelium jejunii necessariae, ut haec Dei Filius confundat, & promissum tamquam pro una, eademque re accipiat respondens Dicitur S. Joannis exprobrantibus, quod ipsi, & Pharisaei omnibus fere diebus jejunabant, cum interam Apostoli vix diebus in lege praescriptis jejunarent: Puritate igitur, inquit, eos, qui Sponsi nuptiis adfunt, donec cum Sponso versantur, plorate possit? videlicet jejunare; haec enim de re tunc agebat. Veniet tempus cum Sponsi praesentiam amittent, atque tunc jejunabunt simul, atque plorabunt. Mainzbourg Sermone pro prima Quadragesima Dominica.

De obligatione jejunii.

z. z. q. 147. art. 3.

1. s. Inflationem 1. r. Ep. 86. ad Cassal.

Haereticorum contra Quadragesimam objectiones.

Jejunium fieri debet cum spiritu penitentiae.

Jejunium fieri debet cum spiritu penitentiae.

Jejunium fieri debet cum spiritu penitentiae.



Opus est, ut spiritus penitentiae, & contritionis nos per hoc Quadragesimale jejunium in desertum atque interiore adducat solitudinem, in recessum, atque procul ab inanibus voluptatibus, ut ibi proferamus, foveamus felices dolores, & contritionis sensus propter scelera nostra. Praeritum vero tempus lemendum sunt libri prophetae, ut affecti tantum legantur, relinquenda inanes conversationes, ut diutius orationi vacetur, praermittenda frequentes nimium deambulationes, ut frequentius Tempia adeantur, & choreae pro pietatis operibus, alicui pro elemosinis, & inuicem visitationes, aut carceres, & xenodochia invistantur. Heu! quae hodierna die plorandi adest causa propter adeo formidabiles defectus! Etenim pro flexibus, quibus jejunium irrepere oportet, ut fertile fiat, prophana, & lege etiam nefaria ad jejunium amaritudinem leniendam gaudia adhibentur.

Dici potest nullum esse amplius jejunium plerisque Fidelibus; tot illi suppetunt vicia, quibus se eximant, tot nascuntur pretextus, quibus illud infringant; quamvis tantum atulerit jejunio temperamentum Ecclesiae, ut ad illud diligentius servandum illos addirigeret. Alii illud per impietatem violant, prohibitorum epularum usu prophanantes; videntur alii revereri illud ciborum electione, & qualitate; alii illud multitudine, & copia, quae omnis illius molestia auferunt, infringunt: plerique illius obligationem eludunt mala fide, fictitque praetextibus valetudinis, infirmitatis, virium defectus, somni carentiae, affidui laboris, aliique sexcentis coloribus, quos mendacium gulae suppeditat ad illius turpitudinem, infamiamque tegendam. Ita jejunium ab Ecclesia imperatum, a sanctis Patribus commendatum, a Conciliis probatum, omnium saeculorum consuetudine receptum, ab Apostolis ad nos usque transmissum hodie tot Fidelium fabula est, & ludibrium. Idem.

Domesticum habes inimicum, corpus videlicet tuum, stipatum affectibus, ac naturalibus studiis, quae te in malum trahunt: Dæmon te oppugnat extrinsecus, dolos omnes, artesque adhibens, omniaque obsecra, quae te in scelus possunt inducere: & quin corpus tuum jejunio infirmes, atque mortifices, illud immo contra temetipsum munis, & roboras; arma illi suppeditas, delicias videlicet, & voluptates, quas possidet. Certissime igitur superabaris cedens conatibus inimici, quem tu ipse fortiter efficit nimium tuo corpori indulgens. Idem.

Ecclesia solemne hoc jejunium omnibus simul Fidelibus indixit ad iram Domini demulcendam, ad avertendam flagella terribilia, quibus vapulamur, ad praeritas iniquitates puniendas, ad nos in viam iustitiae revocandos, a qua deravimus, ad virtutis imaginem vitis deformatam iterum in cordibus nostris imprimendam, ad reparandum, quoad fieri potest, relaxationem zeli, atque austeritatis Patrum nostrorum novissimis hinc temporibus obortam, ad filios tenebrarum traducendos ad lumen, a quo recesserunt, ad inspirandum lugubri hac specie peccatoribus poenitentiam, ad iustorum fervorem excitandum, atque nos omnes praeparandos ad gratiam resurrectionis, quae nobis tamquam statii nostri terminus proponitur. Haec fuere sanctae Ecclesiae consilia jejunii legem irrogantis: hic finis est praecipiti sancto hoc tempore nobis impositi: hic esse debet fructus gratiarum, quae nobis poenitentiae, & mortificationis temporibus Deo adnectere voluit. Sermo, qui P. Massillon tribuitur.

Ecclesia, divinum imitata Sponsam, nullam habet personarum acceptationem, & quoniam summi illas ab haec aequae, ac imi participes partem noxae, vult omnes etiam esse poenitentiae consortes, omnes participes fuere vetitii fructus, atque impenitentiae primi parentis; omnes simul participes esse debent poenitentiae, atque ab illis abstinere, quae gustui blanduntur. Dicant amplius; neque enim veros affirmare, si Ecclesia cum aliquibus inter peccatores remissus esset actura, futurum ut se indulgentiorem praerbet pauperibus, non autem illis, qui toties antiquis sceleribus nova crimina addiderunt. Vobis autem, qui vestra abusi estis auctoritate, ut affectibus latiore campum praerteritis, vobis, qui ne de nomine quidem notis quid sit regere desideria vestra, eaque intra iustitiae medicamentis cancellos coercere, vobis, qui omne vitae molles tempus transmissistis, ut varias vobismet neceteris catenas, quibus corrupto mundo hæreretis, vobis nequaquam indulgeret Ecclesia; semperque vobis imminere ne-

cessitas moderationis, ac jejunii frango vestram cohibendae cupiditatem. Attamen vos adhaec ceteros primi jugum legis excutitis, quae ab illis tantum servatur, qui propter conditionem suam miseri fuerint, qui ad fervilem, laboribus, & egestate plenum reddendi statum in sudore frontis fuis velturum pane suo, neque ullos habent laetiores dies, quam qui divitiis non ferendi videntur. Idem.

At enim imbecilles estis; verum haecine afferta imbecillitas prohibet, ne voluptuariis congressibus aditis, ne solatis omnibus vacetis, ne valetudinem vestram in aleis, vigiliisque, quibus fortissima quaeque temperata resistere nequeunt, prodigatis? vosmet igitur mancipia fugistis, quae robustissimas etiam exaurire possunt vires, inter voluptatum, quae opprimunt, vices versari, nonne haec vestra est ratio vivendi? Imbecilles estis; verum haecine imbecillitas prohibet, ne tota die venatum proficiscamini, ne tota nocte alicui vacetis, ne diligentissime rei familiaris curam geratis, ne in equitationibus, atque itineribus fatigemini? Imbecilles estis; ad ficticia hac vestra imbecillitas prohibet, ne plurimas horas vel prophanorum librorum lectio, vel illicitorum contractuum transactioni transferatis? Sed bona fide quaeso, haec imbecillitas propter quam ad Quadragesimale jejunium vos minime teneri vultis, quod, ne in solatis, atque oblectamentis delasceamini? Idem.

Credulum fallere potestis Confessarum; at illum fallere non potestis, cuius nomine hic loquitur, & cuius auctoritate operatur. Potestis etiam ab Ecclesia obtinere dispensationes: verum caveate, ne id fictis expositionibus fiat; neque enim illo soluti, tuteque estis. Ne hac in re decipiarnini; indulgentiae, quae hoc pacto carpuntur, neminem unquam excusant. Immo dicere audeo, vos ideo fieri nocentiores; improbe enim legis praerivationi male fidei crimen adijcitis. Ad esto legitimum scilicet excusationes vestrae, & dispensationes cum rectitudine submissi cordis fuerint obtentae; quia neminem occiderit vult Ecclesia, nec desunt, qui necessitate quadam ad legem observare non possunt: affirmo tamen, vos nequaquam dispensatos esse, quominus pro modulo veltro, & eo modo, quo disturus sum, jejunetis. Idem.

Opus est, Dominum praerare Domino; opus est, aliis operibus sanctis id reparare, ubi non jejunantur deficit; opus est ab illis cohiberi, in quibus voluptas, & oblectatio vestra consistit, abhorre, elemosynas in pauperes duplo uberiores erogare, urbanitates, & recreationis visitationibus subrogare xenodochium, carcerumque visitationes, clam in cubiculo vestro ferventius orare, passim ad templa vos conferre tunc temporis, quod divino verbo enuntiandum dicitur est. Haec illa sunt regulae, quae similis in re Sanctus Chryllostomus tradit. Largiorem det elemosynam, ferventior sit in precibus, majorem habeat alacritatem in audiendis concionibus. Fovete igitur in corde verum contritionis sensus ad adspicuum necessitatis, quae laboratis, & quae prohibemini, ne cum ceteris idem poenitentiae stadium percurratis: detestamini carnes, quas inviti comeditis; relinquite epularum delicias, quae vestram minime decent imbecillitatem; dicite Domino, quod olim Esther, cum interesse cogebatur Assuero convivis: Tu scis necessitatem meam, quod non mihi placuerit convivium Regis. Domine cordis mei adyta scrutaris, & nos, quam mihi gravia sunt, & quam haec obsonia mihi displiceant. Idem.

Nulla in Ecclesia res est, ubi plures, quam in jejunio, committantur abusus. In praerita rejecit tempora accurata fere haec in re mortificationis obligatio; & sine minus nobismet persuadere possumus Legem non pro hoc minus, quam pro elapsis retro saeculis fuisse irrogatam, saltem omnia, quae possunt, lenimenta asseruntur, quae illius austeritatem imminuant; atque indistincti sumus in illis persequendis, quae hoc praerceptum eludent. Saluberrimum hoc subsidium aegre, & cum meta, atque tristitia percipiunt. Idem.

Quatinam illud mihi dicendi flamen, eaque esset vis, quae Sancti Patres praerediti fuere ad eorum exprobandas artes, qui nihil praeremittunt, ut Ecclesiastici jejunii austeritatem eludant! Quot varia iuscula! quae condimenta! quanam epularum deliciae! quae artes nuper inventae, ut gula fiat satis! Unica mensa magnifice instruitur mixta profusione, atque tot digitibus, quae abunde plurimarum familiarum victui sufficerent: ibi ad excessum usque saginantur, & contentio unica est convivium: ita ut

Infirmitatis praetextus, ut plerumque solent, & affectus.

De jejunio dispensationibus sibi praetexta obtinentis.

Qui jejunare nequeant, effugerent opera bona.

Esph. 1. 14.

Abusus, qui a jejunio abstinentibus committuntur.

Artes, quibus jejunii austeritatem eludunt.

Jejunium vici praebet affectus vitandi.

jejunium vespertinum sit potius valetudinis ratio, & ratio tuenda salus, qui bis in die tantum ciborum pondas ferre non possit, quam signum poenitentiae. Itaque omne jejunii meritum, omnis fidelium mortificatio ad id redigitur, quod non nisi per indulgentiam inventum est, cui tamen terminus essent circumscripti: Totum poenitentiae opus in simplici jejunio vertitur, quod non aliud est, quam signum indulgentiae, cuius usus mille annorum spatio fuit ignotus; quandoquidem in prima comestione nulla poenitentiae nota invenitur; omnia deliciae sunt, omnia gustui blanduntur, & caro desit, nonne illius iactura exquisitissimis piscibus, suavissimis condimentis, reparatur? Quodnam poenitentiae phantasma! Idem.

Heu! quam longe a primorum saeculorum austeritate distamus! Tempora, quibus vivimus quam longe differunt a saeculis, quae primi fideles mortificationibus suis consecraverunt; ubi nihil delicatum, exquisitum nihil inventum fuit. Legumina simpliciter condita, radices aliquot incodas cibueris assererebantur, ut effata, & gratia corpora alerentur. His cum gratiarum actione velturatur; usus vini sex saeculorum spatio, & ultra, proscriptus fuit: detestari quidquid gustui foret posse; rebus in omnibus se mortificare: sumptibus parcere, immo eorum nomen etiam ignorare; nullam petere indulgentiam, aut facultatem, ipsius etiam cogitationem horrescere: ea, quae severissima erant, amplecti; jejunare ad aeternam salutem comparandum; edere simpliciter ad vitam trahendam; & vivere ad bona opera exercenda: Haec erant Ecclesiae primitivae jejunia; numquid in nostris simile quidquam occurrit? Idem.

Nihil dicam de praerivationibus, quae contra Quadragesimam sumuntur: non loquar de immodicis voluptatibus, quarum pondere ubri praeritis diebus lacrymabamur, de obscenis flagitiis, quibus viam nobis ad statium adeo sanctum aperire contendebamus, de spectaculis, de effrenata licentia, de criminibus omnibus, quibus nolmes poenitentiae praeparavimus. Heu! quomodo hoc tempus ingredi mur! Quae amaritudines, murmure, impatientia! Vix in ipso limine sumus, cum jam ad extremum illius spatium pervenisse cuperemus, ac illud onus abicere, quod tepidis tantum grave est, & quod aegre, & gravate fertur. Idem.

Primum scelus gulae peperit, & jubet Deus illud jejunio deleri. At quid est jejunium nisi carnis privatio, quarum immodicus usus nocet? Quid est jejunium, nisi dieta, atque abstinencia, quam etiam pro corporum nostrorum utilitate medici ipsi praeripiunt? Attamen quantumvis hoc modicum sit, ubi poenitentiae causa suscipitur, & exercetur non solum, ut Sanctus Bernardus inquit, delet peccata, sed eorum radicem vellit: Non solum abolitio est peccatorum, sed et extirpatio. Non solum veniam nobis obtinet praeritit, sed efficit, ut in futurum etiam mereamur: Non solum obicit veniam, sed et praerometur gratiam. Ita facile Divina flectitur misericordia, quandoquidem nobis praerbit rationem reddendi poenas, quae nobis altera in vita perferenda essent, poena adeo brevis simul, & levi. P. Massillon Praeriter Oratorum Sermo 5. Adventus.

Dici nequit corpus jejunii ateri, ubi nullus rei nobis invidiosus usus, ubi alimenta dumtaxat mutamus, sed ubi gustum simul, & appetitum extirpamus; ubi si nimis epulis, quae si minus habent alimoniam, saltem nihil minus habent suavitatis; ubi copia reparat, quod in qualitate desideratur; ubi longior requies supplet dapibus, ubi una tantum absumitur cœna, quod alio tempore duabus possit inservire; quod efficit, ut quemadmodum in id genus jejunii nihil auferatur, nihil possit erogari. Attamen ut jejunetur, ubi opus est, charitati largiendum est, quod subtrahitur voluptati; pauper est, tua alendus abstinentia; tuaque cœna in illius voluptate est convertenda. Abbas de Monacho in primam Quadragesimam Dominicum.

Haec sunt arma, quibus uti debemus temptationem superaturi. Hoc genus demoniorum, Dominus inquit, non eijcitur nisi in oratione, & jejunio: Corpus infirmandum est, ut anima confirmetur. Cum infirmus sum, inquit Apostolus, tunc fortis sum, quia virtus in infirmitate perficitur. Christianus est fortis in imbecillitate sua, cum illius caro jejunii contabuit, & anima saginata est puritate; Etenim quantum nutrimenti corpori auferatur, tantum valetudinis, & gratiae animae accedit. Non omne igitur jejunium esse efficere potest, ut temptationem su-

peremus; ut animae robur addatur, corpori adiutendum est. Idem.

Legimus primos fideles, qui in ipsa Ecclesia incunabulis prope Alexandriam convenerunt, & qui ab Apostolis eruditi, atque formati eorum sententia, hinc stituta, spiritumque fervorem, vixisse in solitudine a tertenis rebus omnino expeditis, neque alia nisi eca solitas, quam modico pane, & oleibus; & ex illis non desuisse, qui poenitus jejunii integros etiam sex dies ducerent, quin illa te velturatur, vel bibere consuevisse. Revocata in mentem ingeniem illum Eremitarum numerum, qui ut miram, quam Jesus Christus egit in deserto, poenitentiam imitarentur, integras traducebant hebdomadas, quin ori admoveverit osiam. Neque hoc dico, ut vos ad imitanda excitem hac exempla, quae imitari nequaquam posse videntur; sed ut vobis persuadeam, nisi Deus huic poenitentiae generi magna subsidia, & peculiare benedictiones voluisset adnectere, nequaquam futurum fuisse, ut illius desiderium ferventissimo cuilibet ex fervis suis inspiraret. Abbas Trappensis de sanctitate officiorum vitae Monasticae cap. 18. De abstinentia, & austeritate.

Aliquot jejunii dies, quos nobis praeripit Ecclesia, immanis videtur mortificatio. Quot excolationes, & infirmitatum praetextus, qui saepe adfecti sunt, vel imaginari! Quot dispensationes iniuste petita; leviterque concessae? Quanam repugnantia in id pro aeterna salute agendo, quod pro valetudine ulro ageretur; atque religionis ergo servando abstinentiam, quae incolumitatis ergo lubenti animo fervetur? Quanam de Ecclesia severitate auferatur quaela, licet hac in re plurimum de veteri disciplina remiserit, summa pietatis indulgentia, qua nos uti quidem patitur, abutit vero non patitur? Quanam excogitata fuere lenimenta, ut non egestati solum, verum etiam delictis satisficeret, atque ut impenitentia jejunio committeretur? Pleshier Panegyrici S. Benedicti.

Alterum vero malum, cui fuit obnoxii, qui jejunare videntur, est epularum delicta, ingens fere colorum numerus, quae tegitur mesia, & insignis temporis spatium, quod relictis viribus impenditur. Audite, quid aiebat Sanctus Bernardus de quibusdam Abbasibus, & Ecclesiasticis suis sui. Vide- tate, quomodo illorum instruitur mensa: Ferula ferulis apponuntur, & pro solis carnibus, a quibus abstinent, grandia piscium corpora delpitantur. Satis religiosi sunt, neque carnis uti volunt; verum quid diceretur si non aegrotantes iidem velturatur? Sed posthac illi affertur quidquid in mari, atque flumine nobis magis delicatum est, ac inagnum. Cumque prioribus fuerit saturatus, si secundos avingeris, videtur necesse gustasse. Quod plurimos iustitiae, illorum tantummodo ciet appetitum, ubi nova ferula apponuntur. Tania quippe accuratione, & arte coquorum cuncta apparantur, ut quatuor, aut quinque ferulis devoratis, prima novissima non impediatur, nec satietas minuat appetitum. Coqui magis indutrit illis inserviant, ad nondum satis strenui sunt; & ubi iusculis, vel satietatis aliquid deesse videntur, acerrimis probris onerantur. Sed tantum artis est, atque tot ex locis appetitus excitatur, ut quo plus manducatur, magis exoriatur, primaque dapes non aliud sint, quam dispositio ad epulas longiores & costiosiores. Eorum gustus novis condimentis ita salicet, mutatio tanta arte comparatur sexcentarum rerum immissione, ut aequae avidi sint, ac si re adhuc integra modo accubissent, Abdomen, & stomachus onerantur; sed varietas fastidium auferit. Etenim quemadmodum facile fastidiantur his, quae natura suppeditat, si communicatione condita apponerentur, cumque diversae ferulae variis vaporibus distilla sint, ac tota coquorum industria exhauriantur, ut quam maximam dapibus afferant fastidiant, communem necessitatem praeremittunt, ac nondum gulae, atque inemperantiae satisfaciunt. Haecine jejunium est? Ut iudicium feratis, non Scripturas, neque Concilia consulenda vobis propono; bonum tantummodo sensum, & rationem propter quam Ecclesia jejunium instruit, consulite. Soly, Sermone de modo sanate tradendae Carnisprivium, & Quadragesimam.

Jejunium est, quod ad infinitos propemodum attinet Fideles, qui ubi de jejunio agitur, sunt religiosi; at non admodum religiosi sunt, ubi agitur si quis de affectum mortificatione, atque vitiorum fuga corpus sublevari possit. Carnibus quidem abstinetis, nunquam

Jejunium est, quod ad infinitos propemodum attinet Fideles, qui ubi de jejunio agitur, sunt religiosi; at non admodum religiosi sunt, ubi agitur si quis de affectum mortificatione, atque vitiorum fuga corpus sublevari possit. Carnibus quidem abstinetis, nunquam

Jejunium est, quod ad infinitos propemodum attinet Fideles, qui ubi de jejunio agitur, sunt religiosi; at non admodum religiosi sunt, ubi agitur si quis de affectum mortificatione, atque vitiorum fuga corpus sublevari possit. Carnibus quidem abstinetis, nunquam

Mirabilia plerumque fidelium jejunia.

Difficultates, quae hodie in jejunio observantur, ut vixit.

Jejunium est, quod ad infinitos propemodum attinet Fideles, qui ubi de jejunio agitur, sunt religiosi; at non admodum religiosi sunt, ubi agitur si quis de affectum mortificatione, atque vitiorum fuga corpus sublevari possit. Carnibus quidem abstinetis, nunquam

S. Bern. in Apolog. ad Gualterum.

Jejunium est, quod ad infinitos propemodum attinet Fideles, qui ubi de jejunio agitur, sunt religiosi; at non admodum religiosi sunt, ubi agitur si quis de affectum mortificatione, atque vitiorum fuga corpus sublevari possit. Carnibus quidem abstinetis, nunquam